



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Institutiones Canonicæ Sive Ius Ecclesiasticvm

Wiestner, Jacob

Monachii, 1706

II. De Juramenti Honestate.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62656](#)

riculosum vitaturos: cuiusmodi jura-
menta contractibus aliisque actibus fir-
mandis adjici frequenter solent. Dixi,
Mere, hoc est, sine aliqua promissione,
ut juramentum Aſſertorium clariū di-
ſtingueretur à Promiſſorio, quod etiam
aliquō modō aſſertorium eſt; cū, qui
aliquid ſe facturum juratus promittit, e-
tiam aliquid aſſerat de preſenti, nimirum
ſe habere voluntatem le obligandi & im-
plendi, quod promittit, *cit. Suarez cap.*
8. n. 3.

¶ Altera in Judiciale & Extrajudicia-
le: quorum ilud in, hoc extra judicium
præſtatur, *Sylvester V. Juramentum n. 3.*

ARTICULUS II.

De Juramenti Hone- state.

S U M M A R I U M .

- 9. *Juramentum honestum & licitum eſt,*
- 10. *Etiā Christianis.*
- 11. *Modo ex iusta cauſa & debito modo*
præſetetur:
- 12. *Et comitem habeat veritatem,*
- 13. *Judicium ac Iuſtitiam.*
- 14. *Jurare prohibentur Pueri,*
- 15. *Perjurii & olim non jejunii.*
- 16. *Clerici sine gravi cauſa,*
- 17. *Aut coram laico ſaltem regulariter.*

¶ **C**erta, imò Orthodoxæ Fidei do-
ctrina eſt, juramentum non fo-
lum non intrinſecē malum: sed,
ſi ritè præſtetur, honestum ac
laudabile eſt, ut conſtat. Imprimis teſti-
moniū SS. Literarum, *Dominum Deum*
tuum tuum timebis, illi ſoli ſeruies & per
nomen ejus jurabis, *Deuteron. cap. 6. V. 13.*
Landabuntur omnes, qui jurant in eo,
Plaſm. 62. V. 12. Deinde VV; Patriar-

chatum Abraham, Isaac & Jacob, *Genet.*
cap. 21. 26. & 31. & in nova ſeu Gratia
Lege D. Pauli, teſtem Deum invocanti
in animam ſuam, *Roman. cap. 1. v. 9. Galat.*
cap. 1. V. 20. aliorūmque SS. PP. imò ipſius
Domini Dei, qui teſte Regio Vate, *Jura-*
vit & non pauebit eum, Plaſm. 109. V. 4.
exemplis, Gentiumque omnium & lacro-
rum prophoranūmque tribunaliū uero.
Et demum ex ratione; quia ritè præſti-
tum continent cultum & venerationem
Dei, cujus infallibilem veritatem & lu-
mmam authoritatē ſe agnoscere, colere
ac timere profitetur, qui eum in veritatis
teſtem vocat; quia nemo, niſi per maiorem
ſe jurat, ad *Hæbraeos cap. 6. V. 13.* Quia
utique cauſa eſt, cur Jure utroque Jura-
menti Religio eſſe dicatur, *c. Tua noi II.*
l. 1. ff. huc & l. Jurisjurandi 2. C. de Rebus
redit.

Neque obſtant &, ut VV. quoru-
dam Hæreticorum, à Waldensibus &
Anabaptiſtis iuſcitatū error voluit, ju-
menta intrinſecē mala, aut falſem Chi-
ſtianis interdiſta eſſe, evincunt verba
Chiſti, *Ego autem dico vobis, nolite*
jurare omnino, ſi fermō veſter Eſt Eſt, Non
Non. *Math. cap. 5. V. 34.* & Apolloni,
Nolite jurare quodcumque juſramen-
tum, *Jacobi cap. 5. V. 12.* quia verbi illi, ut
cum S. Auguſtino *Lib. 1. de Sermon De-*
mini in monte, cap. 17. S. Bernardo in
Cantic. Serm. 65. à S. Thoma 2.2.9.8.
art. 2. & ab Innocentio III, *c. Eſt Chiſtus*
26. exponuntur, Chiſtus eſt que A. II.
poſtulus non juſramenta, quibus, exigente
neceſſitatis aut utilitatis cauſā luadente,
ad fidem dictis & firmitatem promiſſio-
nibus conciliandam, nomen Domini re-
verenter invocatur: ſed illa ſolū juſra-
menta prohibita ſunt, que ſunt temerit̄,
hoc eſt, ex nulla vel levi aliquā cauſa, ut
Judæi paſſim & male conueuerunt, con-
tra Sapientis monitum. *Ueſtatione*

āfuerat; multi enim sunt casus in il-
la Sc. & vir multū jurans implebitur
iniquitate, Ecclesiast. cap. 23. à V. 9. cùm
propter irreverentiam, quæ nomen Dei
in testimonium temerè assūmendo exhibe-
tur supremæ æternæque ejus Majestati:
tum propter periculum perjuriorum, cui
jurandi confuetudo & assiduus usus expo-
nuntur, Suarez de Jurament. Lib. I. cap. 2. à
n. 1 s. & Laiman. Lib. 4. Tract. 3. cap. 3.
n. 2. Accedit; quod illis Christi verbis
ita circumspetit & veraces esse doceamus;
ut simplici assertioni non minor, quam
jurata fides habetur: & necesse non sit;
ut dictis nostris fidem aut firmatatem à
juramentis accerlamus: quibus, si opus
nobis esse credimus, ut fide indignos ipsi
nos redargimur & accusamus, teste S.
Basilio in Psalm. 14.

12. Ut autem Juramentum ritè & ho-
nestè præstetur, necessarium est, ut habeat
tres comites seu conditions, Veritatem,
Judicium & Justitiam, can. Animadver-
tendum, 22. q. 2. & c. Etsi Christus cit. re-
latas ex Jeremias: qui. Jurabis, inquit, vi-
si Dominus, in justitia, in judicio, in
veritate, cap. 4. V. 2.

In Veritate jurat, qui Deum non af-
fomit in testem falsi, sed de re pronun-
tiat, quod scit; ut certam pro certa, du-
biam pro dubia affirmet, aut neget: vel,
cùm aliquid promittit, animum & volun-
tatem habeat se obligandi, idque adim-
plet, si non impediatur. In Judicio id
facit, qui non temerè & inconsideratè sed
cum prævia deliberatione sive examine
non tantum veritatis, sed causæ, an scili-
et utile sit ad detegendam occultam ve-
ritatem, quam manifestari publicè aut
privatum interest, & cum pia ac reverente
voluntatis affectione jurat. In Justitia,
qui juramento promittit, quod iustum
honestumque & licitum est, aut afferit,
quod sine cuiusquam injurya afferi posse;

contrà, quam fieret, si turpe aliquod pro-
ximi factum sine justa causa detegens, ad
fidem dictis conciliandam juramentò ab-
uteretur, cit. S. Thomas art. 3. Covar-
ruias in c. Quamvis 2. de Patris in b. p. 1.
§. 6. n. 2. & 7. cit. Suarez cap. 3. à n. 2. &
Laiman. n. 3.

Etsi verò tribus his conditionibus
vestiti juramentum usus, spectatò Naturali
Jure, hominibus præditis usu rationis o-
mnibus permisus sit, Positivò tamen ad
id in judicio præstandum non coguntur,
imò nec admittuntur omnes: &

Primò, quidem puer ante pubertatē, sive 14.
decimum quartum ætatis annum imple-
tum, can. Parvuli 14. can. Pueri, 22. q. 5.
quod ante eam ætatem plenam & ad Di-
vini Numinis testimonium cùm debita
reverentia invocandum sufficientem di-
scretionem non habere præsumantur, S.
Thomas q. cit. art. 10. propter quam cau-
sam jurare etiam volentes in judicio non
facile permittuntur, per textum & Glos-
sam can. 1. V. Ad testimonium, 4. q. 1. Syl-
vest. V. Juramentum, 2. q. 3. & Sanchez
Lib. 3. Moral. cap. 3. n. 6.

Secundò, periturus, can. Parvuli cit.
qui propterea à testimonio in judicio per-
hibendo repellitur, can. Quicunque 6. q.
1. etsi peritur in iudicio non condem-
natus nec convictus, sed id facti duntaxat
actorietate evidens sit; quod eum, qui
semel peieravit, iterum peieraturum, pe-
riculum & præsumptio, sit, can. Parvuli
cit. & arg. Reg. Semel 8. in 6. Sylvester V.
cit. & laudatus Suarez Lib. 3. cap. 15. n. 20.
qui tamen aliisque DD. excipiunt iura-
menta, qua non honoris, ut Purgationis,
Suppletionis, & quod testibus defertur,
sed oneris sunt, ut Calumnia, Malitia &c.
iuramenta &, qua feudorum Dominis
præstantur à Vasallis.

Tertiò, non iejunus, can. Placuit, 4.
q. 3. can. Honecum, 22. q. 5. Sc. 1. de Test.
G g g Gattes.

*E*t attest. multò magis semi-aut omnino
ebrius; quòd iuramentum cum debita re-
verentia nequeant præstare. Jejunium
tamen, etiam testi iuranti per modum
confilii potius, quām præcepti præcri-
pum: vel consuetudine contraria seu
non usi sublatum, notant in c. 1. cit.
Barbosa n. 3. & Gonzalez n. 3.

15. Quartò, Clerici, præfertim Sacer-
dotes, ex levi causa iurare specialiter pro-
hibentur can. *Si quis Presbyter,* 2. q. 5.
quòd eorum Ordinem & dignitatem non
deceat de eorum, quæ dicunt, verita-
te facilè dubitari, S. Thomas q. cit. art.
10. *Ex levi,* inquam; qui ex necessitatibus,
vel magna utilitatis causa, vg. ad sui pur-
gationem, vel ad defensionem alterius: ne
probationis defectu lèdantr, aut res
iudas perdant: ne Ecclesiæ suæ damnum
patiantur &c. licite iurant, ut colligi-
tur ex c. *Significati* 4. de Elect. & c. *Ad*
reprimendam 8. de Offic. Ord. & cum cit.
D. Angelico & Sylvetrio q. 3. tradit cit.
17. Sanchez n. 7. Coram laico ex iusta causa
vg. contractiū vel alicuius promissionis
roborandæ Voluntarium arg. c. *Ex re-*
scripto 9. bīc & c. *Pervenit* 2. de Fideiūss.
nequaquam autem Coactiū iuramen-
tum, sältē sine Papæ vel Episcopi licentiā,
præstare possunt, can. *Nullus* 22. iuncta
Glossa, V. Laico, 22. q. 5. Ex qua gra-
fantis pestis tempore delata iuramenta, se
non fuisse in loco lue infectō, vel de infec-
tione suspecto, que ideo etiam, quòd
non per modum coactionis, quasi à super-
iore, sed sub conditione tantam ingress-
sus exiguntur, ipsis permitta, docent cit.
Laiman, cap. 12. n. 5. & Pirrhing ad hanc
Rubric. n. 27.

ARTICULUS III. De Juramento Affer- torio.

S U M M A R I U M.

18. *Hoc, à litigantibus in judicio pa-*
ctum, vel Calumnia,
19. *Vel in Litem, de vera rei simi-*
tione.
20. *Aut affectione ad eam:*
21. *Vel Litis decisum, idque triplex est:*
22. *I. Voluntarium.*
23. *II. Judiciale:*
24. *Cujus delationem actori non pa-*
banti permittentium,
25. *Et negantium Opiniones,*
26. *Conciliantur ut, pro se saltem pa-*
sumptionem,
27. *Non omnino nihil afferens, id valde*
deserve:
28. *Etsi delatum reus quandoque rati-*
care posse.
29. *III. Necessarium sive Suppleriorum;*
30. *Quod à judge delatum nequit re-*
cusari:
31. *Neque à plenè probante exigi,*
32. *Vel contra plenam probationem ab*
mitti debet.
33. *Suppleriorum Actori vel Reo defini-*
poteat.
34. *Actori, cum ipse semiplenè, no-*
autem nihil probat
35. *Secus ferè Reo defertur:*
36. *Ei locus non est in Criminalibus,*
37. *Saltem ad infligendam panam in*
poralem:
38. *In Famosis & valde arduis causis,*
39. *In Matrimonij Carnalibus,*
40. *Et Spiritualiis,*
41. *Aliisque causis, poscentibus liquida*
probationes.

Hujus juramenti non rarus, & si
sepe temerarius extra: ite-
quens, aut & ferè honestus usq;
est in Judiciis: in quibus non
tantum à litigantibus, sed etiam ab aliis
personis